



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt XXXIII. Collegia Canonicorvm Dioecesis Constantiensis in Germania.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

Rhetia positus esset, vt prohiberet ne Caroli Calui exercitus è Burgudionibus adueniens cum Ludouici fratri agmine iungeretur. Postea anno Domini 866. ab Imperatore Ludouico II. Cæsar is Lotharij filio, datis priuilegijs, atque asylo insuper in fontium refugium concessò, confirmata est Adalberti Comitis fundatio, additâ dignitate ac prærogatiua singulari, vt Abbatissa eius loci cum alijs Sacri Romani Imperij Ecclesiasticis prælatis princeps esset, Sacri Romani Imperij cui in publicis pompis liber deberet præferri, quemadmodum Buchaugiensi etiam Abbatisse in celebrioribus pompis liber & nudus gladius antiquitus anteferri est solitus. Sic fere Bruschius in Chronologia monasteriorum Germaniæ.

CAPUT XXXIII.

COLLEGIA CANONICORVM DI-
œcesis Constantiensis in Germania.

Collegium S. Stephani cathedralē in vrbe Constantiensi.

Collegium SS. Ioannis Baptiste & Euangeliæ in eadem vrbe Constantia.

Collegium in cella Ratholdi.

Collegium in Markdorff.

Collegium in Hechingen.

Collegium in Herrenberg.

Collegi-

Collegium in Bettenbrunnen in Decanatu Christianitatis, ut vocant, Vberkingensi.

Collegium Sindelfinge in Decanatu Tubingenfi.

Collegium Tübinger Decanatus.

Collegium Stnotgarten in Decanatu Constantiensi.

Collegium Floridovv in Decanatu Geppingenfi.

Collegium Episcopalis cellæ in Decanatu S. Galli.

Collegium Beronense in Decanatu Hochdorffensi.

Collegium Zolfinge in Decanatu VVillifonnensi.

Collegium Embrach in Decanatu VVinterthurensi.

Collegium Zurzach in Decanatu Regenspergenfi.

Collegium SS. Felicis & Regulæ in Decanatu Thuricensi.

Collegium VValtburch prope Friburgum.

Collegium VVisenstain S. Cyriaci in Decanatu Gislingenfi.

Collegium Stauffen Algoiæ, in Decanatu Stiffenhofensi.

Collegium Surce in Decanatu Lucernensi.

Collegium Ehingen cis Nicrum.

Collegium Horb, in Decanatu Demstetensi.

Ita Ioannes Pistorius in Chronico Constantiensi
E 3

70 DE CANONICORVM

stantiensi, edito Francofurti, cum magno
Chronico Belgico. Est autem diœcesis Con-
stantiensis admodum ampla, vtpote in qua
76. decanatus rurales seu Christianitatis, vt
vocant, & bis mille amplius parochiæ nume-
rentur.

CAPUT XXXIV.

S. LANDRADA COLLEGIVM BE-
lisiense vulgò Bilsen, in diœcesi Leodi-
ensi.

Ste Landrada nobilissima virgo, ab ineun-
te ætate Christianam pietatem egregiè
percoluit. Pauperibus subsidium, afflictiis so-
latium, clericis & Sacerdotibus reuerentiam,
omnibus, quoad potuit, benignitatem exhi-
buit. Hinc cùm parentes ei amplias procurare
nuptias ex more cogitarent, in angustam se
domicellulam abdidit, vbi orationibus & ie-
junijs virginitatem suam Christo immacula-
tam seruauit. Cumque in dies magis profice-
ret, tandem reclamantibus etiam parentibus,
concupitam in Belisia eremum petijt, vt pa-
rentes & omnium hominum societatem, atq;
adeò semetipsam, perfectissimè abnegaret. Ibi
paruum tugurium, in quo habitaret, & cū hu-
mani generis hoste iam seriò confligeret, ma-
nibus ipsa suis extruxit. Postea verò Ecclesiā
erexit in honorem Dei Genitricis Mariæ, & à
Lam-